

ISAGOGES

17

In
**ARTICULOS VISITA-
TORIOS
DISPUTATIO XVII.**


De
**SYNCRETISMO
IN DOCTRINA DE
BAPTISMO INTER LUTHE-
RANOS ET CALVINIA-
NOS TENTATO,**

PRÆSIDÆ
**JO. BENEDICTO CARPZOVIO,
D. & P. P.**

RESPONDENTE

**M. Jo. DAVIDE NEUBAUERO,
Curiâ-Varisco.**

publicè in Auditorio Theologorum Paulino,
d. XXX. Septembris A. M DC XCI.
habenda.



LIPSIAE ,

Literis CHRISTIANI SCHOLVINI.

I.

Ruſtrà *Calvinianos*, qvortuñi errores Articulus visitato-
riuſtertius de *S. Baptismo* rejecit, conciliare cum *Lu-
theranis* in hâc doctrinâ conantur *Syncretista*.

II.

Hoc ut obtineant, præſupponunt (1.) per controver-
fias, qvæ *Lutheranis* cum *Calvinianis* in hoc articulo intercedunt,
fundamentum à neutrâ parte tolli, qvia de *necessitate baptismi* in ſe &
essentialibus utrinq; conveniat.

III.

Enim verò uti ſic concedi ab iis colligimus, articulum hunc fun-
damentalem eſſe, qvalis certè eſt fundamento organico pariter & dog-
matico: ita negamus, utrinq; de *necessitate & essentialibus baptismi*
convenire.

IV.

Non de *necessitate baptismi* utrinq; convenit, qvippe qvam *Lu-
therani* affirmant, *Calviniani* negant, & qvidem utramq; ve, tūm *præcepti*, tūm *medii*. Negata enim *necessitate medii*, ſponte ſuā ruit ne-
cessitas *præcepti*, qvia *necessitas medii* cauſa eſt *necessitatis præcepti*,
Job. III, 5.

V.

Non in *essentialibus baptismi* utrinq; convenit, qvia in omnibus
eradendis *cauſis* diverſum à *Lutheranis Calviniani* ſentiunt. Qvoad
efficientem negant *inſtituentem* eſſe Christum, qvà homo eſt, & *ministe-
riali* organicum influxum derogant, atq; ve Laicum in caſu *necessita-
tis* ab administratione arcent. Qvoad *materiam*, & *terrenam* qvidem,
loco aquæ alios liqvores admittunt, cœleſtem verò præſentem negant,
& *materiam* circa qvam ſolos electos afferunt. *Formam* in analogiâ
qvarunt. *Finem* deniq; ſtatuant, ut teſtis, non *medii* vicem obtineat.

VI.

Nihil ad utriusq; partis conciliationem (2.) facit, qvafī hoc ipſo,
qvòd de effectu ſpirituali baptismi tenuiū ſentiunt *Calviniani*, ſua Sa-
cramento huic non pereat efficacia, qvæ non à fide & opinione vel Ec-
cle-

... 1000

clēsiæ, vel susceptorum, vel parentum, vel baptizantis ministri, sed
ab institutione Christi & promissionum ejus veritate dependeat.

VII.

Non enim queritur: Quid heterodoxie Calvinianorum operetur
aut non operetur respectu baptismi in se? Verum hoc queritur: utrum
baptismus apud eos, qui hanc ipsius non moraliter, sed ex constitutione
divinâ realiter influentem operationem insificantur, vim suam exerat?
quod negamus.

IX.

Etsi igitur efficacia baptismi non pendet à fide & opinione Eccle-
siæ, in actu primo spectata; tamen in actu secundo & ratione applicatio-
nis considerata omnino à fide usurpantis vel baptizati pendet.

X.

Nempe in hac controversia baptismus non *absolutè* & in actu fi-
gnato, sed in actu exercito spectandus, & quidem non ratione admini-
strationis in Ecclesiis Calvinianorum à ministris suscepta, sed ratione
usurpationis, quæ si efficax esse debeat, fidem in utente adulto, non tan-
tum ratione fiducia certam, sed etiam ratione notitia & assensus ab erro-
re immunem requirit: quæ si absit, perit Sacramento sua efficacia, non
quidem quo ad actum primum, sed quo ad actum secundum.

X.

Ex his gemina quæstio decidenda. Una: An baptizati à Calvinia-
nis verum acceperint baptismum? Altera: An Lutherani communem
cum Calvinianis baptismum habere, & liberos suos ad illum afferre debe-
ant?

XI.

Priorem affirmamus, quia efficacia baptisini non dependet à fide
& opinione Ecclesiæ, sed ab institutione Christi, & promissionum ejus
veritate.

XII.

Posteriorem negamus, tūm quia constat, doctrinam de baptismo
apud Calvinianos esse erroneam, nec quenquam adultum fructus
baptismi ibidem collati, quamdiu errorem illum fovet, fieri posse par-
ticipem: tūm quia usuratio Sacramentorum species est confessionis,
eoq; nomine ab illā in ecclesiâ non-purâ abstinentium, ne tacite fidem
ejus

ejus approbemus, & in hypocrisii iniciamis, qvapente nulla capi-
tior est in religionis negotio.

XIII.

Prætexunt (3.) Syncretistæ, Λογιομαχίαν tantùm esse, & de re ipsâ
convenire, Spiritum sanctum operari in cordibus infantum; qvam ope-
rationem fidem nominandam negent Calviniani, affirment Lutherani.

XIV.

Nos primò illud negamus, qvod ad monstrandum λογιομαχίαν
supponunt, quasi de re ipsâ, h.e. de operatione Spiritus Sancti in cordi-
bus infantum, inter nos & Calvinianos conveniat. Nam cùm nos me-
diatam Spiritus S. operationem, baptismum pro organo ēνεργητικών ha-
bentes statuamus; illi immediatam defendunt, & gratiam illam à ba-
ptismi influxu separant; atqve hanc prætereà non omnibus baptizatis
infantibus communem faciunt, sed ad electos sicutum restringunt.

XV.

Deinde negamus, cùm de motibus istis Spiritus Sancti in infantibus
baptizatis disputatur, controversiam esse de solo Fidei nomine, qvod ijs
aptandum velint Lutherani, nolint Calviniani. Nam de re ipsâ qværitur;
An per Spiritus S. operationem in baptismo infantes eandem specie fidem
cam adultis accipiunt? hoc affirmamus orthodoxi, negant Calviniani.

XVI.

Fallunt verò, dum objiciunt, nos, si formalem fidei infantum ratio-
nem Calviniani poscant, quid respondeamus, non satis certum arq; explo-
ratum habere. Nam rem cum rei modo confundunt. Si de re ipsâ qvæ-
runt, h.e. de motibus spiritualibus à Spiritu S. per baptismum exci-
tatis; certum apud nos & exploratum est, quid respondeamus, esse
nimicum fiduciam apprehendentem meritum & satisfactionem Chri-
sti in baptismo oblatam. Si de modo rei, tūm demum ingenuè re-
spondemus, nos nescire.

XVII.

Qvæ Maresius (4.) ad Rintelenses & Marpurgenses, in doctrinâ de
sanctitate infantum Christianorum ante baptismum, conciliandos in
medium protulit, tanti non sunt, ut pluribus expendi mereantur, & so-
lā evolutione terminorum, in sensu vel orthodoxo, vel cacodoxo accepto-
rum evanescunt.

